

A2<sup>r</sup>

AD CANDI=  
 DVM LECTO=  
 REM.  
 CVm reipfa compererim,  
 candide Lector, librum  
 Bucolicorum Virgilij  
 in omnibus Scholis pro=  
 poni pueris, & inter=  
 dum à nonnullis præ=  
 ceptoribus, præfertim  
 indoctis, fatis ineptè reddi, putavi me aliquam  
 gratiam initurum esse apud scholasticam iu=  
 uentutem, si hunc libellum pro mea virili ger=  
 manicè redderem, id quod me summa fide  
 præstitisse confido. Cum autem ea res sit no=  
 ui exempli, non defuerunt Zoili, qui confili=  
 um honestum & vtile vituperarunt, eò quod  
 humilitas argumenti Bucolici, sic in solutam  
 orationem conuerfa gratiam amittat. Græcas  
 enim Musas (et ingenuè fatear) quæ ore ro=  
 tundo, ut ait Epigrammatarius, locutæ sunt,  
 parum feliciter coget quis præter morem lati=  
 nè loqui, multò minus latinæ coget imitari  
 barbariem Germanicam, præfertim in poëma=  
 A 2 te,

A2<sup>v</sup>

te, & tali quidem genere argumenti, si ve= eruditam humilitatem spectes, vel, ut ita dicam, humilis argumenti granditatem, de qua magno iudicio Poëta tamen gloriatur in Ecloga quarta, & ea tamen intra suos fines confitit, ne Mufæ Sicelides paulo maiora canentes, à decoro aberrant, sed arbutis & humilibus myricis, hoc est, humilitati infituti argumenti Bucolici, si vel inuentionem, vel elocutionem spectes, cum laude summa deferuiant. Nobis, inquit ille, non licet esse tam difertis, qui Mufas colimus seueriores. Credo equidem, quod illa Maronis auena tenuis suam quoquæ imitabilem eruditionem & artem habeat. Merebitur tamen laudem (ut optima quæquæ mihi de te pollicear, candide Lector) conatus meus honestissimus, cum quicquid huius à me factum est, hoc consilio factum sit, ut puerorum studijs consulam. Nam æqui rerum talium æstimatorum etiam hoc approbabunt, si, ut bene morati euadant pueri, studeam cum illis ludere par impar, equitare in harundine longa. Adhæc subijcias tibi uulgare & verissimum dictum: μωμησται τις μαλλου, η μιμησεται

VALE.

Optimæ

A3<sup>r</sup>

OPTIMAE  
 SPEI PVERIS, IOANNI,  
 CHRISTOPHORO, ET VA=  
 lentino, clarissimi viri Iohannis Stahls I.  
 V. Doctoris filijs, in Salinis Saxoni=  
 cis, M. Stephanus Riccius Se=  
 nior, S. P. D.  
 QVANTA RES  
 fit, quamquā sancta, con=  
 filium amici, qui & re=  
 bus & studijs nostris  
 consultum semper ve=  
 lit, vel Homericus ver=  
 ficulus comprobat αγα=  
 θη ωραιφασις δζητητα, vel communis Græ=  
 corum sententia, ιερου βαλη, nequā etiam teme=  
 re. Nam vel hoc nomine suavissima fit ami=  
 citia, mutua vtrinquā adhortatione condita at=  
 quā condulceta. Non enim inter media officia  
 (ut illi vocant) sed inter præstantissima atquā  
 summa collocandum mihi videtur, si amicus  
 amicum amicè admonet. Confilio autem hone=  
 fto, & quod in reñ nostram confulit, non pa=  
 ruisse, hominis est extremi ingenij (ut ille di=  
 A 3 xit)

# A3<sup>v</sup>

---

## PRÆFATIO.

xit) optimi autem recte monenti paruisse.  
Nam ita demum fit, ut maxima dispendia vi  
temus, in quæ alioqui incederemus, neglecto  
confilio, id quod voluerunt etiam indicare  
Poëtæ, prudentiſſimi viri, fabula illa Prome=  
thei & Epimethei. Et quid detrimenti nobis  
redeat ex contempto confilio, docemur poſtea  
euentu ftultorum magiſtro, quando videmus,  
noſtra nos in diſcrimen coniectos eſſe temeri=  
tate, tum fruſtra facti nos ſolet pœnitere.  
Quid enim attinet tum ωρομηθεα ειναι μετα  
τα ωραγματα. Paruisse verò bono confilio  
& nobis dignum eſt, & è re noſtra.  
Nota eſt fabella de hædo, intra ſtabu=  
lum à matre paſtum itura concluſo, quem lu=  
pus caprifans follicitauit poſt diſceſſum matris,  
ut fores, quas neutiquam aperiendas eſſe in=  
terminata fuerat mater, recluderet. Ita enim  
fore ſperans, ut apertis ianuis hædum deuo=  
raret. Ille autem, materni edicti memor,  
malum euitauit. Prudentiſſimè quidem & op=  
time fabulam, quiſquis tandem auctor fuerit,  
compofuit. Vt enim in rebus humanis nihil  
eſt amicitia præſtabilius, ita in amicitia, confilio  
bono reliqua omnia facilè cefferint.

Me

# A4<sup>r</sup>

---

## PRÆFATIO.

Me verò vobis ex animo benè velle, opti pueri, vestrorumquò studiosissimum hactenus fuisse, & adhuc esse, non puto vel ignorare vel dubitare vos: Quo fit, ut fretus conscientia officij mei, vestro item candore adhortationem vestri instituerim, nihil dubitans, quin in optimam partem litis accepturi. Cur enim repudiaretis consilium eius, quem amicißimum vobis esse creditis? Cogitare fortasse possitis, me vestro candori diffidere, cum tam prolixam instituerim præfationem. Sed non tam hoc spectavi, ut vos incitem consilio rectè parere, cum sciam indolem vestram, quam ut testatum facerem vobis, me ex animo ista facere ornandi vestri causa, studiaquò vestra maxime operè mihi cordi intelligeretis. Adhortaturus enim sum vos, ut in discendis literis, ut cœpistis, sedulò pergatis & perfetis, quibus discendis iam à clarissimo viro, patre vestro destinati estis. Id autem si commodè facere vellem, texendum mihi esset *εγκωμιου* amplissimum literarum, ut illarum bonitate ingenia excitarem vestra.

Cæterum dedignitate literarum dicere, ut æquum esset, hoc potissimum tempore,

A 4    quan=

A4<sup>v</sup>

## PRÆFATIO.

quando honestæ res omnes & iacent, & contem-  
nuntur, difficile valde, mibi præsertim fue-  
rit. Demofthenis alicuius eloquentia opus ef-  
fet in hac re, qui stultis Atheniensibus persua-  
deret, quantum Rebuspub. omnibus referat li-  
teras conferuari, atquæ literatorum ingenia  
excitari & ali, quem fortassis etiam non audi-  
rent, citius audituri nugas alias, aut fabulam  
ωερι ονασκιας.

Vos verò mecum, & cum illis omnibus,  
qui communi etiam sensu non carent, sentire  
certò scio, nempe cordi vobis esse literas, quas  
scitis esse diuinum donum, nisi fortasse hoc ne-  
gare velitis, cognitionem linguarum donum  
Spiritus diuini esse, & linguas, nisi necessariæ  
fuiſſent ad cognitionem Euangelij, ad ædifica-  
tionem Ecclesiæ, Apostoli Deus opt. max.  
non dedisset, iam diuulgaturus in orbem ma-  
gni illius consilij, ut Propheta vocat, prædi-  
cationem. Deinde literis vel folis à multitu-  
dine imperita feiungimur, ne cum illa amufa  
cæcutiamus. Nam er Græcus senarius habet,  
γραμματων απειρ ου βλεπει βλεπων, nec  
etiam hallucinemur in rebus omnibus, tam fa-  
cris quàm prophanis iudicandis, ne ab alio-  
rum

A5<sup>r</sup>

## PRÆFATIO.

rum tantum iudicio pendeamus, ut in conditi-  
onem aliquam diuinitus coniecti, cum laude &  
honore eam tueri possimus. Breuiter, ne simus  
& in Repub. administranda, & in rebus sacris  
iudicandis κωφα προσωπα, quæ in comœdia  
vocari solent, &, ut Horatius inquit, Corpo-  
ra sine pectore, dum nequũ ius bene dicere, nequũ  
causas iudicare, lites componere, & omnia,  
quæ in Repub. vel prima sunt, præstare non  
possimus. Quæ omnia inciticia, & ex contem-  
pru literarum fieri, quis est qui negare possit?  
Nam si literas pueri recte disceremus, le-  
ges nobis familiariter notas faceremus, ipsa  
quotidiana postea exercitatio nos subinde acu-  
eret, ut sic rationem administrandæ Reipub.  
citius adsequeremur, tincti & dedolati studio  
pertinaci, cum legiffemus de furore & sæuitia  
stultæ multitudinis, de moribus improborum  
cuium, quomodo sæpè turbas maximas in Re-  
pub. concire soleant, quomodo bonis inuide-  
ant, malos extollant, odio rerum suarum om-  
nia mutari studeant, cum egestas facilè sine  
damno habeatur. Breuiter nullum esse fre-  
tum tam concitatum, nullum Euripum, tot mo-  
tus, tantas tam varias habere agitationes flu-  
ctuum,

# A5<sup>v</sup>

---

## PRÆFATIO.

ctuum, quantas perturbationes & quantos æstus habeat multitudo, sicut & vocat eam Horatius belluam multorum capitum. Et Euripides incendio publico nocentiorē & potentiorē vocat, sicut & describit prudentissimè illum furorem & impetum indomitæ plebis Helioidus, in illa descriptione Typhœi. Ista, inquam, si legissemus, & ex historijs cum sacris, tum prophanis intelligeremus, tum citius intestina Reipub. mala propulsare, & opprimere possemus, citius publicum illud Reipub. incendium, multitudinem scilicet imperitam, extingueremus, atque domaremus animos & pectora dictis mulcendo, ut ille inquit, aut etiam si res manus & vim postularet, ut mature occurrere possemus, ne latius diffeminaretur, aut ferperet morbi contagio, id quod M. Cicero prudentissimus & optimus Consul in opprimenda Catilinaria factione egit, ne scilicet patriam conflagraret, neque optimibus exitium machinari, & bonis eorum manus afferre posset, cum in ædes eorum irruisset, id quod in animum induxerat fecerunt, sicut & fingit doctissimus poëta Homerus, Therfitem immodicè garrulum & fultilem,



A6<sup>r</sup>

## PRÆFATIO.

tilem, & nihil non in exercitu Græcorum mo-  
uentem, ſceptro ab Vlyſſe coherceri & reprimi.  
In ſumma, ſic Argi fierent magiſtratus,  
qui præuiderent mala impendentia Reipub. &  
iam glifcentibus turbis tempeſtiuè mederi poſ-  
ſent. Quod tum demum fuerit, ſi exemplo Ci-  
ceronis impiam factionem Catilinariam dili-  
genter obſeruarent. Nam in hoc demandata  
eſt ex cura Reipub, ut aduigellent, ut ſint E-  
piſcopi Reipub. ſicut Homerus Vocat Hecto-  
rem. Verùm prudentia ad hanc rem opus eſt  
& vigilantia. Eſtqū enim ſanctiſimè dictum ab  
Homero, Β. ἰλιαδ.

ου χρη παννυχιονευδειη βαληφορον ανδρα.  
Hoc eſt.

Tota nocte virum regē dormire putendū eſt  
Cui populi, cuius commiſſa negotia curæ  
Maxima ſint. Et Achilles cum acer-  
biſſime & vehementiſſime in Agamemnonem  
inueheret, arguit eum imprudentiæ, qui neqū  
confilijs valeat, neqū mala præuidere poſſit.

Extat venuſtiſſimus verficulus: α. ἰλια.

ουδ ετι οιδε νοησαι αμα προορω κας οπιαρω,  
οππως οι πρα νηυσι σοοι μαχεοιντο αχαιοι.  
Hoc eſt,

Huius

A6<sup>v</sup>

## PRÆFATIO.

Huius n. tam lentus habet præcordia torpor,  
 Vt nequū respiciat quæ præteriēre, nec inde  
 Prospiciat ventura, quibus rationibus obfctet,  
 Ne miferi Phrygio marte abfumantur  
 Achiui.

Ista omnia, quæ dixi modo, veriora magis esse, atquē Apollinis oraculum, vel M. D. XXV. anni maximus tumultus facile comprobabit ex quo meritò doceri deberemus, quàm rectissimè sentiant illi omnes, qui de furore multitudinis multa literis commendant, docti scilicet longo rerum usu. Deinde quantum referat multitudinem arte quadam & prudentia coherceri, idquē satis maturè à senatoribus prudentibus. Vt enim incendium parum feliciter extinctum maiore flamma reuiuifcit, ita multitudo, nisi primus impetus eam deltituit, auctis subinde viribus pro libidine animo obsequitur, non retufa vel facilitate magistratuum, del publica vi & legibus. Nam placidè tractandam esse multitudinem confuerunt illi omnes referre, qui vnquam de Repub. adminiftranda scripserunt. Præfata? bat enim, ut Menenij Agrippæ suauissima, & simpli-

A7<sup>r</sup>

## PRÆFATIO.

ſimpliciſſima oratione de membrorum & ven-  
tris diſſenſione ad publicam Reipub. tranquil-  
litateſ conferuandam, reuocati ab inſtituto,  
allicerentur ſeditioſi ciues Romani, quàm vt  
multorum ciuium corpora vtrinquẽ, tam à ſena-  
tu, quàm à plebis partibus interirent. Atquẽ  
hæc inclyta eſt & admirabilis virtus in prin-  
cipibus, & illis omnibus, qui Rehuſpub. præ-  
ſunt, quam volebat doceri ſuos liberos Ageſi-  
laus, αρχειν και αρχεσθαι.

Demum fortunabit etiam DEVS opti-  
max. adminiſtrationem Reipublicæ, ſi accedat  
religionis ſtudium, ne quis me hoc omni-  
ſurum eſſe putet. Nam benedictione recto-  
rum fortunatur ciuitas, inquit Salomon. Illo-  
rum autem iamdudum & damnata, & exploſæ  
ſententia eſt, qui fatius eſſe cenſent, ut ſumma  
rerum ſit penes imperitos, quàm penes erudi-  
tos. Illi enim quàm ineptè, quàmquẽ impiè ſen-  
tiant, vel talpæ appareat. Nam quis demum  
eſt, qui neget bonum & ſapientem virum, hoc  
eſt, in quo eruditio cum pietate coniuncta eſt,  
ſaluti eſſe Reipublicæ, imò toti ſæpè prouinciæ,  
atquẽ ita etiam feliciter Rempub. adminiſtrari  
imperantibus bonis, quàm malis, cum ſæpè  
tota

A7<sup>v</sup>

## PRÆFATIO.

tota vrbs, ut vnus pietate conferuatur, ita unius alicuius flagitiosi peccata luit. Notus est optimus verficulus Hefiodi: ωλλακι και ξυμπασα ωλις κ κα ανδρα επαυρει. Malos autem voco contemptores literarum, qui damnant cognitionem legum, iudicium de moribus, scientiam de æquo & bono, prudentiam in adminiftranda Repub. quæ non venit, nisi ex longo rerum usu, ut multimoda variorum exemplorum cognitione. Vt interim de sacris omnibus taceam, nosse rationem iustificacionis, tenere capita religionis, posse de dogmatibus sacris statuere, quod Apostolus vocat probationem Spirituum, quæ non minus necessaria est pijs omnibus, quam est ipsa religio. Illos inquam, malorum appellatione venire velim, ista omnia contemnentes, cum dona Dei sint. Quæ dona quifquis contemnit, ipsum donorum illorum datorem contemnat necesse est.

Neqū enim literæ sunt, ut illi putant, stultæ quædam & aniles nugæ, opiniones quædam frigidæ, quibus occupati sunt ociosi quidam homines in vmbra & otio latitantes, sicut Socratem exagitat Ariftophanes passus pulicum

A8<sup>r</sup>

## PRÆFATIO.

cum metientem, & μεριμνοφροντημ effe in, ne= scio, quibus nugis indagandis, sed appellatione literarum cognitionem rerum omnium complector. De moribus, eam Plato vocat τροπου. Deinde de rerū natura, quā λογου Plato vocat, de qua tamen hactenus nondum dixi, quā sit necessaria, siue sis consul, siue senator, priuatus aliquis ciuis, siue agricola Maior est omnino eius usus, quā vel ut credat, vel existimet quilibet plebeius. Quid enim suauius, quid melius, quid deniq̄ vtilius & homine dignius, quā nosse ortus syderum, signa tempestatum & motuum cœlestium rationem, quibus videmus illa inferiora & conseruari & perdi, nisi ipsi nostra corpora, aut, quod minus est, ungues nostros non norimus, nisi negare velimus calore folis omnia vegetari, uuas maturas fieri, nisi etiam negare velimus aduri fegetes Syrio lucente, canes in rabiem verti. Deinde vel inuiti fateamur necesse est, ventos alios alijs effe nocentiores, alios alijs salubriores, & mitiores. Postremò omnibus nautis notissimum est ætus maris vel accedere, vel reciprocare ad motum Lunæ & Solis. Quod cum ita

fit,

A8<sup>v</sup>

---

## PRÆFATIO.

fit, quis nisi demens damnabit cognitionem motuum cœlestium, quos adeò exquisitè, adeò exactè descripserunt optimi viri, & vetustissimi, ut ne villo modo errare possimus in illorum cognitione, ut ipsi non errant eundo. Adhæc, an hoc contemnendum putatis, peruidere, quo tempore arare conueniat quando profcindendus fit ager, quando iterandus, item quod solum tertiatorem requirat, quod non, quando ferendum fit, & quod semen quod solum recipiat, quando refecanda fit materies, & tota architecturæ ratio optimè compræhensa est in literis. Item uniuersa ratio rerum militarium, quibus duobus quàm non possit carere quæuis Respub. etiam indoctissimus quisquæ, & literarum insignis hostis fateatur necesse est. Accedit ad hoc, quod de vineis omnia sunt tam doctè, tamquæ optimè præscripta, ut nos profus rationem colendarum vinearum ignorare videtur amur collati cum doctorum hominum præceptis, de ferendis vineis, quomodo fecundentur, stercorentur, quando & quibus stercoribus, quomodo vitij vitium, quæ innumera sunt, mederi possimus, quomodo putandæ.

Item,

B1<sup>r</sup>

## PRÆFATIO.

Item, quomodo sint conferuandæ fruges.

Postremo quia Deus opt. max. valetu-

dinis nostræ, quam nobis non minus tueri præ-

cepit, quàm et voluit nos ipsos nos interficere,

habendam esse voluit rationem, operæ preti-

ũ modis omnibus facturi sumus, si in perdiscẽ-

da medicina, quã artem etiam pro conferuan-

da sanitate nostra reuelauit nobis, operam po-

luerimus, cum sacræ quoquẽ literæ nobis præ-

cipiant, ut honoremus medicum, quem crea-

uerit altissimus, à quo fit omnis medela. Et

Homerus inquit, κτρον ανδρα ωλλων αντα-

ξιου αλλων ειναι, nequẽ etiam temere. Nam vel

hæc prima est summa Philosophiæ naturalis

cognitio. Habet enim cognitionem morbo-

rum, medicinas eorum, virtutem herbarum,

plantarum, gemmarum, constitutionemquẽ om-

nium corporum appositissimè docet, & nescio

quæ innumera alia, quæ si non intelligimus,

putatis etiam appellatione hominum nos veni-

re, putatis etiam nos Deũ ex creaturis nosse?

putatis etiam nos regni nostri, in quod nos

coniecit Deus, diuitias intelligere? Jta, in-

quam, omnia nomenclatura. literarum com-

plecti oportet, quæ nisi intelligamus aut scia-

B mus,

# B1<sup>v</sup>

---

## PRÆFATIO.

mus, necesse est nos penitus cæcutire, & nihil à talpis differre. Vt interim de Musica, de Geometria, de Arithmetica nihil dicam, quibus non minus carere possumus, quam pane, quo indies vescimur.

Transgredior epistolae limites, intra quos consistere deberem, cum alioque breuem me futurum receperim antea, sed indignitas rei, quae scilicet tam multa hodie & iniusta, & prava fuerit moribus & dolor ille meus tam difertum me facit, cum tantum verborum profundam in texendo literarum encomio, quae tamen capita tantum vix pertingit rerum, quod futurum esset, si singularem artium vel sum amplissimum indicarem, charta citius, quam argumentum me defereret. Interim tam egregie contemptum sui vlciscuntur literae. Item Deus ipse vlciscitur, et illi omnes, quae literas contemnunt & persequuntur, insignibus quibusdam vitis solent laborare, nec aliud est, quo virtutes suas & egregia facinora possint declarare, quam indigniter literas infectando, atque vti nam illi a vitis aequae abstinerent, ut a literis. Interim fit tamen, quod Perseus inquit, ut virtutem videant, intabescantque relicta. In summa autem non aliud mihi persuadebit quaequam alius, quam ut  
Helena



B2<sup>r</sup>

## PRÆFATIO.

Helena Troianis, sic contemptus & neglectus  
 literarum causa pestis atq̄ exitij est Rebutub.  
 Verum ista non apparent, nec credit cerdo aut  
 plebeius q̄sq̄. Nam ut bonitatem & v̄sum lite=  
 rarum non vident impiti, q̄ de virtute & ho=  
 nestate omni corruptè iudicant, alioq̄ si cerne=  
 rentur oculis ista, mirabiles amores, ut ait Pla=  
 to, excitarent. Vt ergo bonitatem literarum  
 non vident, ita nec iacturam maximam fenti=  
 unt, quæ non potest non venire ex contemptu  
 literarum, intus autem, intus est equus Troia=  
 nus, q̄ non vident, nisi prudentes, pij & boni,  
 quos tamen stulta multitudo dolum subesse mo=  
 nentes contemnit impulfore Sathana, in suam  
 tamen maximam p̄niciem. Quid n. aliud agit  
 Sathan isto infigni optimarū literarum cōtem=  
 tu, quem hoc tempore multorum animis indi=  
 dit, quam vt puerorum ingenia negligantur.  
 & ora tenera & balba non figurentur, mores  
 non formentur, pectora religionis agnitione  
 nō imbuantur, ut discant timere Deū & fidere  
 Deo. Deinde ut linguæ optimū diuini spiritus  
 donum, neglectæ & contemptæ iaceant, impi=  
 eq̄ doctrinæ & hærefes omnes citius suborian=  
 tur, & vires accipiant, cum non sint, q̄ contra

## B2<sup>v</sup>

---

### PRÆFATIO.

latrare possint, qui. Doctores impios possint

επιστομιζειν, ut Apostolico verbo utar.

Quàm ista dicam non temere, vel nostra ista plus fatis periculosa tempora declarant, in quibus variè de apertis verbis Dei quidam arguantur, non sine magno & doctorum hominum, & multitudinis applausu, ad quam etiam se venditani.

Dixi de bonitate & usu literarum, quantum per inopiam ingenij mei potui, & quantum putabam fatis esse huic nostro instituto. Nequè enim hoc acturus eram, ut de literis scriberem, sed ut vos ad discendum literas adhortarer, id, quod puto, me iam fecisse, cum tantum verborum in laude literarum consumpserim, ut iam porrò non esset opus prolixam illis omnibus adhortationem subijcere, nisi turpe esset, ita me mei obliuisci, qui vos ad discendas literas non adhortaren, quod tamen me facturum esse receperim, & de usu tantum. literarum dicerem. Pergã igitur ad propositam mihi metam contendere, ne, dum amphoram instituerim, exeat urceus, ut Horatiano proverbio utar. Puto autem vos iam captos & accensos literarum bonitate, ut nihil putetis esse

## B3<sup>r</sup>

---

### PRÆFATIO.

efft in rebus humanis magis necessarium, Solem è mundo tollere, qui eruditionem, hoc est, iudicium de omnibus rebus volunt è medio sublatum. Multis locis utimur igni, & aqua, & tantus est illorum usus, ut non possimus illis carere, non minorem usum literarum esse mihi profusè persuadeo in constituendis, administrandis, & conferendis Rebus publicis. omnibus, item in conferendis sacris.

Quod cum ita sit, sicut non dubito, vos meæ sententiæ haud grauatim subscripturos esse, æquum est, ut literas diuinum donum amplectamini, exosculemini, omnibusquæ neruis eò contendatis, ut in illis discendis plurimum operæ ponatis, nihil dubitantes, quin gratum Deo fitis facturi officium. Præterquam enim, quod hæc vestra vocatio sit, ut literas perdiscatis, maiorem etiam curam adhibendam in illis perdiscendis censeo, cum diuinum donum sit, id quod neminem negare posse putem, Nam videmus his nostris temporibus, quibus pro ineffabili sua misericordia & clementia Deus opt. max. cognitionem verbi reuelauit, simul etiam literas nobis esse redditas, quæ multos annos barbarie & sophisticis nequitijs

B 3 obrutæ

## B3<sup>v</sup>

---

### PRÆFATIO.

obrutæ iacuerant neglectæ, vt & nomen illarum vix noueramus. Ita autem sunt uobis redditæ, ut iam non immerito Musas ad nos Germanos ex Italia commigrasse ausim affirmare, cum in omni artium genere, in omnibus linguis ita iam excellant professores, ut Italos cum nostris nullo modo conferri posse putem. Nunc igitur ingrati litis Deo, agnoscite diuinum donum, conemini ingenium excolere exuta barbarie, facturi in hoc gratum Deo officium. Ita etiam profuturi estis postea patriæ, parentibus, amicis, quibus bonam uitæ nostræ partem debemus. Vnde rectissime & optime dixit Plato, non solum nobis nos esse natos, sed ortus nostri partem patriam sibi vindicare, partem amicos, sicut & omnes gentes contra naturam esse censuerunt, ita uitam instituire, ne quod in commune conferamus, ne nos alijs utendos præbeamus, cum deferimus, quod tueri debebamus. Nam sic deferitur uitæ sinceritas, quæ nisi sit, prorsus homo ex homine tollitur. Nequum enim communis hominum societas tum tantum læditur, cum cauetis, ne quem violetis, ne alteri aliquid detrahatis, ne cui facitis iniuriam, sed tum etiam, cum nihil conferatis

B4<sup>r</sup>

## PRÆFATIO.

ratis in eam ftudij, nihil operæ. Patriæ quo= modo vtiliores effe poßitis non video, quàm fi virtutibus ornati eam quoqû ornetis, fi veftra opera vel domi vel foris vti poßit in admini= ftranda Repub. Illi multum grati funt patriæ, q ciues cum fint, parati funt etiam vitam pro falute patriæ in difcrimen vocare. At hac vir tute multi celebres facti funt, multi etiã in nu= merũ Deorum adfciti. Sed quantum putatis vos profuturos effe patriæ, cum non folum corpore, fed & animo, hoc est, confilijs & pru= dentia vos dederitis vtendos.

Eft qdem facinus ꝑ patria occumbere, fed καθωρομα est, patriam confilio, prudentia in adminiftranda Repub. Deniqû etiam manibus, fi opus fit iuuare ac tueri. Videbat hoc quam in tereffet inter hæc duo, Agamemnon rex, cum optaret fibi decem Neftores συμφραδμονας, q fi accideret nõ dubitabat. qn breui effet Troia pitura. In hoc etiam amnium eruditorum lite ris celebratus ett Vlyffes, q fcientia rei milita= ris coniuncta fuerit cum prudentia & bonis confilijs, ideo nõ Aiacẽ, nõ Achillẽ Poëta Hom. fed Vlyffem ωολιπορθου, h.e. euerforẽ vrbiũ vocauit, volens indicare, plus illum confilio,

B 4 quam

## B4<sup>v</sup>

---

### PRÆFATIO.

quam vi, in euertendis vrbibus, in gerendis bellis valuiffe, ita etiam plurima effeciffit. Tales vos quoq̄ patriæ fueritis, fi in difcendis literis perexeritis, fi expectationem illam de veftris ingenijs, quam in patris veftri, amicorumq̄ veftrorum animi concitatis, conabimini non folum æquare, fed & fuperare. Et nifi hoc faciatis, facitis parentibus veftris maximam iniuriam, qui vos omnibus curis foluunt, labori nunquam parcunt rei feruientes, conterunt in quærendo vitam, ut ea parent vobis, quæ ad cultum & ad victum fuperitent, ut tandem ad altiora eucti hunc fructum pro labore à vobis ferant, ut honori illis fitis, ut patrijs in vobis potiri commodis poßit pater vefter, quem, æquum eft, ut non dedecoretis, fed magis nobilitetis, ut tanti viri filij meritò cum laude poßitis & agnofci & vocari.

Jd ut fieri poßit, vos facilè præftare potestis, cum in ea fchola hoc tempore fitis, vbi optimæ difciplinæ omnes, facra item tam caftè & exquisitè docentur & tractantur, & à talibus Doctoribus, vt nifi ipfi vobis deeffe velitis, ita ad veftros parentes confirmati redire potestis

B5<sup>r</sup>

## PRÆFATIO.

potestis facillè, ne & oleum & operam, vt pro= uerbio dici solet, perdidisse videamini, & ne, cū in scholam tanquam ad mercaturam bonarum literarum quotidie eatis, inanes inde redeatis. Nota est elegantissima Vlyffis ad Græcos duces, abitionem à Troia adornantes, oratio, in qua adhortatur principes, ut perficiant, ne traiciant tam turpiter infectis rebus exercitum in Græciam, maximè cum tam ditino decennali bello erant mirabiliter & afflicti & confecti. Idem vobis dictum putate, videte, ne dedecoretis & vrbis auctoritatem & magistrum vestrum, cuius & mores & eruditionem, si non superare possitis, tamen æquare conemini, & quod Vlyffes dixit, idem semper tanquam Apollinis oraculum in animum reuocate, αἶχρον τοῖδ κροντε μενεῖν κενεοντε νεεσθαῖ.

Quem verbum Eobanus Hessus sic reddidit:  
 Verum turpe, domum post tot durata reuerti  
 Tempora, & exhaustos diuturna per arma labores  
 Haud quaquam rebus sperato fine peractis.  
 Demofthenes in illa nobili ἠερὶ ζεφανδ

B 5 orati=

## B5<sup>v</sup>

---

### PRÆFATIO.

oratione, cum conferret suam & Æschini pri-  
vatam vitam & mores, non putavit infirmam  
laudem esse suam, se in ludum literarium hone-  
stum iuisse. Et Latinus nosse Demosthenes  
M. Cicero non parvi momenti esse arbitratus  
est, cum ad perdicendam Philosophiam fili-  
um Valde pater nē adhortaretur, esse eum A-  
thenis, & habere Cratippum magistrum. Vos  
itaquē, cum mihi propter singularem familiari-  
tatem opt. Viri vestri patris vere filiorum lo-  
co sitis, non possum mihi temperare, quoniam vos eo-  
dem modo ad studium literarum excitem, ut me  
mineritis non in infimam fortunam collocan-  
dum esse, sed in summam, vos in honesto ludo  
discere, quam laudem putabat ille sibi maximā.  
Item vobis istum præceptorem contigisse, cuius  
vos nunquam poenitere poterit. Videte ne ip-  
sum vestri poeniteat, quod tunc fiet, si non conni-  
temini animo & labore contenderitis, cum om-  
nia à vestris parentibus vobis sint suppeditata,  
ne vobis defuisse videamini. Id eo libentius  
vos facere conuenit, quod non tam vobis, aut pa-  
rentibus vestris honori futurum est, si erudi-  
ti euadetis quam multis ciuibus, & toti patriæ.  
Videte igitur, in qualem militiam coniecti  
sitis,



B6<sup>r</sup>

## PRÆFATIO.

litis, non vobis militatis, non veftrum com=  
 modum tantum fpectandum est, fed multo=  
 rum, quibus poftea obnoxij fietis, quibus iam  
 operam veftram promittitis, ut ea poftea  
 quàm liberrime vtantur. Veftrum est, ne  
 fpem illorum fallatis: Alioqui literas, nift hoc  
 ageritis, ut multis prodeffetis, infelicißime  
 difceretis, ut vobis tantum, non patriæ, non  
 parentibus veftris, non amicis viueretis, quæ  
 vita tantum abeft, ut ab vllo probari poßit, ut  
 & contra naturam effe videatur, quæ ita nos  
 mutua quadam lege, hoc est, neceßitudine qua=  
 dam officiorum coniunxit, ut alter alterius  
 ope femper vtatur. Breuiter, ut mutuam ope=  
 ram præftemus nobis inuicem. Jam fi effet  
 mihi dicendum, q̄ commoda redirent veftræ  
 patriæ & veftris omnibus ex fingulis artibus,  
 vereor ut chartæ me deficerent, ex vno tan=  
 tũ, tanquam ex vnguibus Leonẽ, ut prouerio  
 dici folet, reliqua licebit æftimare. M. C. ædes  
 Iurecõfulti vocat pub. ciuitatis oraculum. Ita  
 vos veftris ciu. fi in artibus & in primis indif=  
 cẽdis legibus opam nauaueritis, tanquam vates  
 aliqs, & tanquam portus, in quo diu iactati  
 & varie vexati, à tempeftatum vi liceat  
 tandem

B6<sup>v</sup>

## PRÆFATIO.

tandem conquiescere, haud dubiè futuri estis.  
 Illud non cenfeo opus esse monitu, præ=  
 fertim apud vos, ut caueatis praua fodalitia,  
 ut modesti sitis, ut voluptates omnes, blan=  
 dißimas illas dominas, tanquam venenum re=  
 fugiatis, cum sint, ut Plato dixit, esca malo=  
 rum, hoc est, illarum illecebris non aliter capi  
 homines, quàm hamo pisces. Non dubito e=  
 nim vos legere multa indies in Homero, qui  
 fingit ad cantum Syrenarum obstruere aures  
 suas Vlyffem, ne exaudiat illarum suaues can=  
 tillationes, ne permoueatur ilarum blandicijs,  
 & ut temperarit sibi à Circeis poculis, ne bibe=  
 ret illa, alioqui non aliten fuisset turpis & ex=  
 cors, non aliter in beluam aliquam, vel imma=  
 nem aprum, vel immundam fuem  
 fuisset immutatus, atquè ipsius focij, qui istis il=  
 lecebris capiebantur. Noti sunt hac de re ele=  
 gantissimi Horatiani versiculi, lib. 1. Epist. 2.  
 Sirenum voces & Circes pocula notiti:  
 Quæ si cum focijs stultus, cupidusquè bibisset,  
 Sub domina meretrice fuisset turpis, & ex=  
 cors.

Vixisset canis immundus, vel amica, luto, fus.

Sed

B7<sup>r</sup>

## PRÆFATIO.

Sed quid attinet diu ea re immorari,  
 vel Heliodus vnus indicat, quam lint ab o=  
 cio, à voluptalibus omnibus alienæ Mufæ, in  
 illis verficulis, quos etiam M. Cicero dignos  
 cenfuit, quos Leptæ fuo proponeret edifcen=  
 dos. Quare nequẽ ego verebor vobis edif=  
 cendos proponere.

της δε αρετης ιδρωτα θεοι προπαροιθεη εθκκαμ  
 αθανατοι, μακρος δε και ορθι οιμος εω αυτην,  
 και τρηχυσ το πρωτον επην δε εισ ακρου ικκαι,  
 ρηιυδ ικ δε ηπειτα ωελει χαλεπηπερ εδσα.

Quos verficulos Erasmus ita vertit, ad  
 iectis præcedentibus duobus verfibus:

Omnino vitium facile est contingere cuiuis  
 Eft via ad id breuis, & vicina in fede mora=  
 tur.

Contra virtutem fudoribus vndiqũ diui  
 Præferes, & longus ad hanc perquẽ ardua cal=  
 lis

Alper & est primum, fed vbi alta cacumi=  
 ua victor

Contingeris, iam fit facilis licet ardua dudum.  
 At præterquam quod difficilis eft.

Mufa=

# B7<sup>v</sup>

---

## PRÆFATIO.

